Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



110

hac, ~~sc~~ inconsulto, ab Imperatore fuisse edita, tum quod ~~vel quia debita distinctio inter scripta et personas non esset observata, vel potius, quia~~ hujusmodi damnatio ~~hic~~ eo tempore, quo Occidentales omnes damnationem hanc reprobabant quasi Chalcedonensi Concilio contrariam, plus scandali quam fructus allatura previdebatur; ~~et ipse damnationi Caesarea~~ hanc ~~non consensit~~ ipse quoque damnationem a Justiniano factam reprobavit. Vid. Baronius Annal. ad an. 547 ~~et segq. una cum Critico Pagii~~ § 41, et 551 § 3.

52) Vid. Baronius Annal. ad an. 553 § 26 ~~et segq~~ - 47.

53) ~~Vid. Baronius ad an. 553 § 48 et segq~~ Vigilius Papa in Constituto apud Baronium ad an. 553 § 50-129.

54) Evagrius l. 4. c. 37: Eustathius in vita Eutych. c. 4; aliique apud Roschium Annal. Sab. Sec. VI § 14. Vid. etiam Baronius ad an. 554 § 5 et segq.

55) ~~Hac~~ Conciliabulum hoc celebratum fuisse ab Episcopis ~~plurimis Longo~~ Aquilejensi et Mediolanensi, aliisque pluribus conterminis Episcopis, ernit et assimatur epistolis Pelagii Papae Roschius Annal. Sab. Sec. VI, § 17. Porro Maternianum Sabionensem Episcopum huic Conventui interfuisse ac subscripsisse, cum prestantissimo Rubeo censet Roschmannus in disquis. ep. Tartarottiana c. 17, nixus Codice Bibliothecae Sabi- Brixinensi; cellanae; in quo, Synodo Aquilejensi subscriptus legitur: Maternianus Sabienensis Episcopus. Diversum hunc credo ab illo episcopo Beconensi seu Brennensi, quem Schismatici Aquilejenses a Gallis olim intrusum congruentur in lib. supplici ad Mauritium Augustum scripto anno 591. Si tamen per ~~eum~~ Brennensem intelligendus sit Episcopus Rhetiarum, ut vult Roschmannus disq. epist. Tartarotti p. I, eum Materniani antecessorem credam; quia impositio illa violenta Episcoporum Tiberiensis, Brennensis, et Augustani circa annum 547 contigisse videtur Hansizio et Roschio.

56) Paulus Diaconus l. 2. c. 13. Fortunatus ipse in epistola dedicatoria ad S. Gregorium Turonensem carminibus suis prefixa: De Ravenna progrediens, Padum, Athesim, Brintam, Plavem, Liquentiam, Tiliamentumque transans, per Alcen Juliam pendulus, montanis anfractibus Dravum Norico, Oenum Breonio, Licam Bojoaria, Danubium Alemannia, Renum Germania transiens etc. Sed cur nulla Majarum mentio? Hic strictim omnia, multis omissis persequens, alibi suum hoc iter accuratius describit. Postquam Fortunatus, ait Paulus Diaconus l. c. Turonum juxta votum proprium advenit, Pictavis transiens, illic habitavit; et multorum ibi Sanctorum gesta partim prosa, partim metrali oratione conscripsit: novissimeque in eadem civitate primum presbyter, deinde Episcopus ordinatus est; atque in eodem loco digno tumulatus honore, quiescit. Hic beati Martini vitam quatuor in libris heroico versu contexuit, et multa alia; maximeque hymnos singularum festivitatum, et precipue ad singulos amicos versiculos, nulli Poetarum secundus, suavi et disserto ser-